Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Livre d'heures - Cod. Karlsruhe 3118

[Paris], [Ende 15. Jahrh.]

Lectio tertia

urn:nbn:de:bsz:31-50306

Visual Library

R. Credo q redemptor
meus viuit et in nouissimo
die de terra surrecturus sũ
Et ĩ carne mea videbo deũ
saluatorẽ meũ. V. Quẽ
visurus sum ego ipse et
non alius et oculi mei cõ-
specturi sunt. Et ĩ carne
mea videbo deũ saluato-
rem meum. Lectio. iij.

Manus tue domine
fecerunt me et
plasmauerunt me totũ
ĩ circuitu et sic repente p̄-
cipitas me. Memento
queso q sicut lutum fe-
ceris me et in puluerem

reduces. Nonne sicut
lac mulsisti me. ⁊ sicut
caseum me coagulasti
pelle ⁊ carnibꝫ vestisti
me. ossibꝫ ⁊ nervis com
pegisti me. Vitam ⁊ mi
sericordiam tribuisti m̄i
⁊ visitatio tua custodivit
spiritum meū. ℟. Heu
michi domine quia pec
cavi nimis ĩ vita mea.
quid faciam miser ubi
fugiam nisi ad te deus
meus miserere mei. Dū
veneris ĩ novissimo die.
℣. Anima mea turba
ta est valde sed tu domine

succurre ei. Dum veneris
in novissimo die. a. In loco

Dominus regit ps.
me et nichil michi
deerit: in loco pascue ibi me
collocavit.

Super aquam refec
tionis educavit me: ani
mam meam convertit.

Deduxit me super se
mitas iusticie: propter
nomen suum.

Nam et si ambulavero
in medio umbre mortis:
non timebo mala quoniam
tu mecum es.

Virga tua et baculus.

tuus · ipa me consolata st.
Parasti ĩ conspectu tuo
mensā aduersus eos qui
tribulant me.
Impinguasti ĩ oleo
caput meū ⁊ calix meus
inebrians quā preclar' e
Et mia tua subsequat
me omnibꝫ diebꝫ vite mee
Et vt ĩ habitem in do
mo domini ĩ longitudi
nem dierum
Requiem eternā. aª. In
loco pascue ibi me colloca
uit. aª. Delicta. psalm
Ad te domine leua
ui animā meam